

Maturantia, quæ corruptum humorem concoquunt, sunt duplicita, vel mitigantia, vel suppurationia. Mitigantia seu concoquentia ~~τεπλια~~, quæ putridos humores non in pus, sed in aliam substantiam naturæ minus inimicam, mutant.

Suppurantia seu pus mouentia, ~~διαπυντια~~, quæ putridum sanguinem in exquisitum pus conuentunt. Vtrumque duplex existit, vnum caloris nostri innati vim conseruat, vel etiā auget, quod temperate est calidum, quod & humoris putrido, quo mutatur, addit calorem innato nobis similem. Alterum genus ex accidente maturat, dum poros cutis obstruendo, calorem parti innatum, ne dissipetur, conseruat, vt is auctus, vel pus conficiat, vel humorem corruptum concoquat. Conuersio enim insaniem, vt docet philosophus & concoctionis species est: concoctio vero à calore fit. Quare hæc facultas calorem & humiditatem sequitur, vtrumque calori innato similem. Huiusmodi autem medicamenta styptica, id est, viscida & crassa esse debent, vt monuit Avicennas. Cum namque suppurantia adhærcere debeant, & tenues humores, ne diffluant, continere, visciditatem & crassitudinem habere debent. Hinc dum suppurare animus est, cataplasmata crassa applicare consueimus. Fit autem suppuratio partim à calore natiuo, partim ab aduentitio, pro duplii suppurationis gradu. Vel namque suppurationis voce intelligimus totam illam actionem, quæ est à principio putrefactionis ad finem usque: vel solum intelligimus extremam puris perfectionem, ubi album, læve & æquale sit. Hippocrates f. enim optimum

pus

c 4. Meteor.

2.

f 1. prognost.
aph. 46.